**I**ncrepasti superbos: maledicti qui de-  
clinant a mandatis tuis.

**A**ufer ame obprobrium & contemptum:  
quia testimonia tua exquisiui.

**E**t enim sederunt principes & aduersum  
me loquebantur: seruus aut tuus exer-  
cebatur in iustificationibus tuis.

**N**am & testimonia tua meditatio mea e:  
& consilium meum iustificationes tue.

**A**dheseit pavimento anima mea:  
uiuifica me secundum uerbum tuum.

**U**ias meas enunciaui & exaudisti me:  
doce me iustificationes tuas.

**V**iam iustificationum tuarum instrue me:  
& exercebor in mirabilibus tuis.

**D**ormitauit anima mea pre tedio:

confirma me in uerbis tuis.

**V**iam iniquitatis amoue a me. & lege<sup>de</sup> tua miserere mei. **I** sum oblitus.

**V**iam ueritatis elegi. iudicia tua non

**A**dhesi testimonis tuis domine. noli me confundere.

**V**iam mandatorum tuorum cucurri.

**L**eum dilatasti cor meum. **HE. LPSA.**

Dom̃icis diebus, ad  
Tertiam, an:

**L**E G E M pone mihi dñe uia iustifica

tionū tuarum. & exquiram eam semp.

**D**amihī intellectū & scrutabor legē tuā.

& custodiam illam in toto corde meo.

**D**educ me in semitā mandatorū tuorū.

quia ipsam uolui.

**I**nclina cor meum in testimonia tua.

& non in auaritiam.

**A**uerte oculos meos ne uideant uanita

tem. in uia tua uiuifica me.

**S**tatue seruo tuo eloquium tuum.

Alleluia, Euouae

intimore tuo.

**A**mputa obprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda.

**E**cce concupiui mandata tua: iniquitate tua uiuifica me. **V. A. V. I. P. S. E.**

**E**t ueniat super me misericordia tua domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

**E**t respondebo exprobrantibus mihi uerbum: quia speraui in sermonibus tuis.

**E**t ne auferas de ore meo uerbum ueritatis usquequaque: quia in iudiciis tuis supersperaui.

**E**t custodiam legem tuam semper: in seculum & in seculum seculi.

**E**t ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.

**E**t loquebar in testimonis tuis in conspectu regum: & non confundebar.

**E**t meditabar in mandatis tuis: que dilexi.

**E**t leuaui manus meas ad mandata tua

que dilexi. & exercebar in iustificatione

**M**embris tuis. **Z A I . O L I V A .**  
**M**emor esto uerbi tui seruo tuo.

in quo mihi spem dedisti.

**H**ec me consolata est in humilitate mea.  
quia eloquium tuum uiuificauit me.

**S**uperbi inique agebant usque quaque.  
a lege autem tua non declinaui.

**M**emor fui iudiciorum tuorum a seculo  
domine. & consolatus sum.

**D**efectio tenuit me pro peccatoribus.  
derelinquentibus legem tuam.

**C**antabiles mihi erant iustificationes  
tuæ. in loco peregrinationis mee.

**M**emor fui in nocte nominis tui dñe.  
& custodiui legem tuam.

**H**ec facta est mihi. quia iustificationes  
tuas exquisiui. **H E T H . V I T A .**

**P**ortio mea dñe. dixi custodire le  
gem tuam.



**D**eprecatus sum faciem tuā intoto corde meo. & miserere mei secundum eloquium tuum.

**C**ogitavi uias meas. & conuersti pedes meos in testimonia tua.

**P**aratus sum & non sum turbatus. ut custodiam mandata tua.

**F**unes peccatorum circumplexi sunt me. & legem tuam non sum oblitus.

**M**edia nocte surgebam ad confitendum tibi. super iudicia iustificationis tue.

**P**articeps ego sum omnium timentium te. & custodientium mandata tua.

**M**isericordia domini plena est terra. & iustificationes tuas doce me.

**B**onitatem fecisti cum seruo tuo dñe. secundum uerbum tuum.

**B**onitatem & disciplinam & scientiam doce me. quia mandatis tuis credidi.

**P**rius quam humiliarer ego deliqui.  
propterea eloquium tuum custodivi.

**B**onus es tu & in bonitate tua doce me  
iustificationes tuas.

**M**ultiplicata est super me iniquitas super  
borum. ego autem in toto corde seru  
tabor mandata tua.

**C**oagulatum est sicut lac cor eorum.  
ego uero legem tuam meditatus sum.

**B**onum mihi quia humiliasti me. ut dis  
cam iustificationes tuas.

**B**onum mihi lex oris tui. super milia  
auri & argenti.

**M**anus tue dñe fecerunt me. & plas  
mauerunt me. da mihi intellectum  
ut discam mandata tua.

**Q**ui timent te uidebunt me & letabun  
tur. quia in uerba tua super speravi.

**C**ognoui dñe quia equitas iudicia tua.

& in ueritate tua humiliasti me.

**F**iat misericordia tua ut consolatur  
me: secundum eloquiū tuū seruo tuo.

**V**eniant mihi miserationes tue & uiuā!  
quia lex tua meditatio mea est.

**C**onfundant̄ superbi quia iniuste  
iniquitatem fecerunt in me: ego  
autem exercebor in mandatis tuis.

**C**onuertantur mihi timentes te: &  
qui nouerunt testimonia tua.

**F**iat cor meum immaculatum iniusti  
ficationib; tuis: ut non confundar.

**D**efecit in salutari tuo anima  
mea: & in uerbum tuum super speraui.

ad noua dieq  
diebq

**D**efecerunt oculi mei in eloquiū tuū:  
dicentes, quando consolaberis me.

**Q**uia factus sum sicut uter in pruna:  
iustificationes tuas non sum oblitus.

**Q**uot sunt dies serui tuī: quando fa

cies depersequentibus me iudicium.

**N**arrauerunt mihi iniqui fabulationes.  
sed non ut lex tua.

**O**mnia mandata tua ueritas. iniqui  
persecuti sunt me. adiuua me.

**P**aulominus consummauerunt me in  
terra. ego autē nō dereliqui mandata tua.

**S**ed in misericordiam tuam uiuifica me.

& custodiam testimonia oris tui.

**I**n eternū dñe. uerbum  
tuum permanet in celo.

**I**n generationem & generationē ueritas  
tua. fundasti terram & permanet.

**O**rdinatione tua perseuera. t̄ dies.  
quoniam omnia seruiunt tibi.

**N**isi qđ lex tua meditatio mea est. tunc  
forte perissem in humilitate mea.

**I**n eternum non obliuiscar iustificatio  
nes tuas. quia in ipsis uiuificasti me.

**T**uus sum ego saluum me fac. quoniam  
iustificationes tuas exquisiui.

**M**e exspectauerunt peccatores ut pderent  
me. testimonia tua intellexi.

**O**mnis consummationis uidi finem.  
latum mandatum tuum nimis.

**Q**uomodo dilexi legem tuam dñe.  
tota die meditatio mea est.

**S**uper inimicos meos prudentē me fecisti  
mandato tuo. quia incertum mihi est.

**S**uper omnes docentes me intellexi.  
quia testimonia tua meditatio mea ē.

**S**uper senes intellexi. quia mandata  
tua quesui.

**A**b omni uia mala prohibui pedes meos.  
ut custodiam uerba tua.

**A**iudicis tuis non declinaui. quia tu  
legem posuisti mihi.

**Q**uam dulcia fauceib; meis eloquia tua.

super mel ori meo.

**A**mandatis tuis intellexi. propterea

**R**odiui omnem uiam iniquitatis.

**L**ucerna pedibus meis uerbum tuum.  
& lumen semitis meis.

**I**uravi & statui. custodire iudicia  
iusticie tue.

**H**umiliatus sum usq; quaq; dñe. iuui  
fica me secundum uerbum tuum.

**V**oluntaria oris mei beneplacita fac  
dñe. & iudicia tua doce me.

**A**nima mea in manibus meis semper.  
& legem tuam non sum oblitus.

**P**osuerunt peccatores laqueum mihi.  
& de mandatis tuis non erravi.

**H**ereditate acquisiui testimonia tua  
in eternū. quia exultatio cordis mei s̄.

**I**nclinaui cor meum ad faciendas iu  
stificationes tuas in eternum. prop

· fia 24. ad 303.

ter retributionem.

**I**niquos odio habui.  
& legem tuam dilexi.

**A**diutor & susceptor meus estu.  
& in uerbum tuum super speraui.

**D**ecline a me maligni.  
& scrutabor mandata dei mei.

**S**uscipe me sedm eloquiū tuū & uiuā.  
& non confundas me ab expectatione.

**A**diuua me & saluus ero.  
& meditabor in iustificationib; tuis semper.

**S**preuisti om̄s discedentes a iudicis tuis.  
quia iniusta cogitatio eorum.

**P**reuaricantes reputaui om̄s peccatores  
terre. ideo dilexi testimonia tua.

**C**onfige timore tuo carnes meas.  
a iudicis enim tuis timui.

**F**eci iudicium & iusticiam.  
non tradas me calumniantibus me.

**S**uscipe seruū tuum in bonum ! non  
calumnientur me superbi .

**O**culi mei defecerunt in salutare tuū !  
& in eloquium iusticie tue .

**F**ac cum seruo tuo scdm miām tuam !  
& iustificationes tuas doce me .

**S**eruus tuus sum ego ! da mihi intel  
lectum ut sciam testimonia tua .

**T**empus faciendi domine ! dissipauere  
runt legem tuam .

**I**deo dilexi mandata tua !  
super aurum & topazion .

**P**ropterea ad omnia mandata tua diri  
gebar ! omnē uiam iniquā odio habui .

**M**irabilia testimonia tua :  
ideo scrutata ē ea anima mea .

**D**eclaratio sermonū tuorū illuminat !  
& intellectum dat paruulis .

**O**s meum aperui & adtraxi spiritum !

Ps. 119. 107.



quia mandata tua desiderabam .

**A**spice in me & miserere mei . scdm iudicium diligentium nomen tuum .

**G**ressus meos dirige scdm eloquiũ tuũ .  
& non dominet̃ mei omnis iniusticia .

**R**edime me a calumniis hominum .  
ut custodiam mandata tua .

**F**aciem tuam illumina sup̃ seruũ tuum .  
& doce me iustificationes tuas .

**E**xitus aquarum deduxerunt oculi mei .

**Q**uia non custodierunt legem tuam .

**I**ustus es dñe . & rectũ iudicium tuum .

**M**andasti iusticiam testimonia tua .  
& ueritatem tuam nimis .

**T**abescere me fecit zelus meus . quia obliu sunt uerba tua inimici mei .

**I**gnitum eloquium tuum uehementer .  
& seruus tuus dilexit illud .

**A**dolecentulus sum ego & contemptus .

621  
iustificationes tuas non sum oblitus.

**I**usticia tua iusticia in eternum.  
& lex tua ueritas.

**T**ribulatio & angustia inuenerunt me.  
mandata tua meditatio mea est.

**E**quitas testimonia tua in eternum.  
& intellectum da mihi & uiuam.

**G**loria tua in toto corde exaudi me  
dñe. iustificationes tuas requiram.

**C**lamaui ad te saluum me fac.  
ut custodiam mandata tua.

**P**reueni in maturitate & clamaui. quia  
in uerba tua super speraui.

**P**reuenerunt oculi mei ad te diluculo.  
ut meditarer eloquia tua.

**V**ocem meam audi scdm misericordiam tuam  
dñe. scdm iudiciū tuū uiuifica me.

**A**dpropinquauerunt psequentes me ini  
quitati. a lege aut tua longe facti sunt.

**P**rope estu dñe. & om̄s uie tue ueritas.

**I**nitio cognoui de testimonis tuis.

quia in eternum fundasti ea.

**V**ide humilitatē meā & eripe me.

fiā. 2<sup>a</sup>. ad nouā

quia legem tuam non sum oblitus.

**I**udica iudicium meū & redime me.

propter eloquiū tuū uiuifica me.

**L**onge a peccatoribus salus. quia iustifi-

cationes tuas non exquisierunt.

**M**isericordie tue multe domine. secundum

iudicium tuum uiuifica me.

**M**ulti qui p̄secuntur me & tribulant me.

at testimonis tuis non declinaui.

**V**idi preuaricantes & tabescebam. quia

eloquia tua non custodierunt.

**U**ide quō mandata tua dilexi dñe.

in misericordia tua uiuifica me.

**P**rincipium uerborū tuorū ueritas.

in eternū om̄a iudicia iusticie tue.

**P**RINCIPES p̄secuti sunt me gratis!  
& a uerbis tuis formidauit cor meum.

**L**etabor ego super eloquia tua. sicut  
qui inuenit spolia multa.

**I**niquitatē odio habui. & abhominatus  
sum. legem autem tuam dilexi.

**S**epties indie laudem dixi tibi. super  
iudicia iusticie tue.

**P**ax multa diligentibus legem tuam!  
& non est illis scandalum.

**E**xpectabam salutare tuum domine!  
& mandata tua dilexi.

**C**ustodiuit anima mea testimonia tua!  
& dilexit ea uehementer.

**S**eruaui mandata tua & testimonia  
tua. quia om̄s uie mee in conspectu tuo.

**A**ppropinquē deprecatio  
mea in conspectu tuo dñe. iuxta  
eloquium tuū da mihi intellectum.

**I**ntra postulatio mea in conspectu tuo!  
secundum eloquiū tuū eripe me.

**E**ructabunt labia mea ymnum! cum  
docueris me iustificationes tuas.

**P**ronunciabit lingua mea eloquiū tuū!  
quia omnia mandata tua equitas.

**F**iat manus tua ut saluē me! quoniam  
mandata tua elegi.

**C**oncupiui salutare tuum domine!  
& lex tua meditatio mea est.

**V**iuēt anima mea & laudabit te!  
& iudicia tua adiuuabunt me.

**E**rraui sicut ouis que perit! quere  
seruum tuum. quia mandata tua

non sum oblitus. **CANTICŪ**

**DDHM CVM TRIBV GRADVVM.**

larer clamaui! & exaudiuit me.

**D**omine libera animam meam a labiis  
iniquis! & a lingua dolosa.

frā 7a ad 7a

Quid detur tibi aut quid apponatur  
tibi? ad linguam dolosam.

Sagittae potentis acutae? cum carboni-  
bus desolatoris.

Heu mihi quia incolatus meus prolon-  
gatus est. habitavi cum habitantibus;  
cedar? multum incola fuit anima mea.

**C**um his qui oderunt pacem eram pacificus?  
cum loquebar illis impugnabam me gratis.

**E**UAVI oculos meos **CANT. GR.**  
in montes? unde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino?  
qui fecit celum & terram.

Non det in commotione pedem tuum?  
neque dormit & qui custodit te.

Eccc non dormitabit neque dormiet?  
qui custodit israel.

Dominus custodit te. dominus protectio  
tua? super manum dexteram tuam.

**P**er diem sol non urget te.  
neque luna per noctem.

**D**ominus custodit te ab omni malo.  
custodiat animam tuam dominus.

**D**ñs custodiat introitū tuū & exitum  
tuū. ex hoc nunc & usque in seculum.

**L**ETATVS CANT GRADVV  
sum in his que dicta sunt mihi.  
in domum domini ibimus.

**S**tantes erant pedes nostri.  
in atriis tuis hierusalem.

**H**ierusalem que edificatur ut ciuitas.  
cuius participatio eius in idipsum.

**I**lluc enim ascenderunt tribus tribus  
domini. testimonium israel ad  
confitendum nomini domini.

**Q**uia illic sederunt sedes in iudicio.  
sedes super domum dauid.

**R**ogate que ad pacem sunt hierlm.

& habundantia diligentibus te.

**F**iat pax in uirtute tua. & habundantia in turribus tuis.

**P**ropter fratres meos & proximos meos. loquebar pacem de te.

**P**ropter domum domini dei nostri.

**A**quesiui bona tibi. **CANTICVM**  
**A**D TE leuaui oculos **GRADVVM**.

meos. qui habitas in celis.

**E**cce sicut oculi seruorum. in manibus dominorum suorum.

**S**icut oculi ancille in manibus domine sue. ita oculi nostri ad dominum deum nostrum. donec misereatur nostri.

**M**isereatur nostri domine misereatur nostri. quia multum repleti sumus despectione.

**Q**uia multum repleta est anima nostra. obprobrium habundantibus. & despectio superbis.

· sic 7a. ad 0. 17.



**N**ISI quia dñs erat innobis.  
dicat nunc isrl. nisi quia  
dominus erat innobis.

**C**um exurgerent homines innos. forte  
uiuos deglutissent nos.

**C**um irasceretur furor eorum innos.  
forsitan aqua absorbuisset nos.

**T**orrentem pertransiuit anima nra.  
forsitan pertransisset anima nra  
aquam intolerabilem.

**B**enedictus dominus. qui n̄ dedit nos  
incaptionem dentibus eorum.

**A**nima nra sicut passer crepta est.  
de laqueo uenantium. Laqueus con  
tritus est. & nos liberati sumus.

**A**diutorium nr̄m innomine domini.  
qui fecit celum & terram.

**Q**ui confidunt **CANT̄ GRADVVVM.**  
in dño sicut mons syon. non

commouebit in eternū qui habitat  
in hierusalem.  manus suas.

**M**ontes in circuitu eius & dñs in circuitu  
ppli sui. ex hoc nunc & usq; in seculū.

**Q**uia non relinquet dñs uirgam pecca-  
torum super sortem iustorum. ut  
non extendant iusti ad iniquitatem.

**B**ene fac dñe bonis & rectis corde.

**D**eclinantes aut in obligationes. addu-  
cet dñs cum operantibus iniquitatem.

**P**ax super isrl̄. **CANTĒ GRADV̄.**

**I**n conuertendo dñs captiuitatē syon.  
facti sumus sicut consolati.

**T**unc repletum est gaudio os nr̄m.  
& lingua nr̄a exultatione.

**T**unc dicent inter gentes. magnifica-  
uit dominus facere cum eis.

**M**agnificauit dominus facere nobis  
cum facti sumus letantes.

**C**onuerte domine captiuitatē nrām.

sicut torrens in austro.

**Q**ui seminant in lacrimis.

in exultatione metent.

**E**untes ibant & flebant.

mittentes semina sua.

**V**enientes autē ueniunt cū exultatione.

portantes manipulos suos.

**N**ISI DñS **CANT GRADVVM.**

edificauerit domum.

in uanum laborauerunt qui edificant eam.

**N**isi dñs custodierit ciuitatem.

frustra uigilat qui custodit eam.

**V**anū est uobis ante lucē surgere.

surgit postquam sederitis.

qui manducatis panem doloris.

**C**um dederit dilectis suis somnū.

ecce hereditas dñi filii.

merces fructus uentris.

**S**icut sagitte in manu potentis.

ita

fili excussorum.

**B**eatus uir qui implebit desiderium  
suum ex ipsis. non confundet eum.

**L**oquetur inimicis suis in porta.

**B**EATI om̄s qui timent **CANT GRAD.**  
dn̄m. qui ambulant in uis eius.

**L**abores manuum tuarum qui manduca-  
bis. beatus es & bene tibi erit.

**U**xor tua sicut uitis habundans.  
in lateribus domus tue.

**F**ili tui sicut nouelle oliuarum.  
in circuitu mense tue. **dn̄m.**

**E**cce sic benedicet homo. qui timet

**B**enedicat tibi dn̄s ex syon. & uideas  
bona hierlm̄ om̄ib; dieb; uite tue.

**E**t uideas filios filiorum tuorum.  
pacem super isrl̄. **CANT GRADVV.**

**S**EPE expugnauerunt me a iu-  
uentute mea. dicat nunc isrl̄.

**S**epe expugnauerunt me a iuuentute mea. 4<sup>th</sup>

**S**epe expugnauerunt me a iuuentute  
mea. & enim non potuerunt mihi.

**S**upra dorsum meum fabricauerunt peccato  
res. & plongauerunt iniquitatem suam.

**D**ominus iustus concidit ceruices pec  
catorum. & confundantur & conuertantur  
retrosum omnes qui oderunt syon.

**F**iant sicut fenum tectorum. quod  
prius quam euellatur exaruit.

**D**e quo non implebit manum suam qui metit.  
& sinum suum qui manipulos colligit.

**E**t non dixerunt qui preteribant. bene  
dictio domini super uos. & benedixi  
mus uobis in nomine domini.

**D**E PROFUNDIS **CANTUM GRADUUM.**

clamaui ad te domine.

domine exaudi uocem meam.

**F**iant aures tue intendentes. in  
uocem deprecationis mee.

frat. adu. 137

**S**i iniquitates obseruaueris domine.  
domine quis sustinebit.

**Q**uia apud te propitiatio est. & propter  
legem tuam sustinui te domine.

**S**ustinuit anima mea in uerbo eius.  
sperauit anima mea in domino.

**A**c custodia matutina usq; adnoctem.  
speret israhel in domino.

**Q**uia apud dominum misericordia.  
& copiosa apud eum redemptio.

**E**t ipse redimet isrl. ex omnibus  
iniquitatibus eius. **CANTU GRADU.**



**N**E non est exaltatum cor meum.  
neq; elati sunt oculi mei.

**N**eq; ambulauit in magnis. neq; in mira  
bilibus super me.

**S**i non humiliter sentiebam. sed exalta  
ui animam meam.

**S**icut ablactatus <sup>est</sup> sup matrem sua.

ita retributio in anima mea.

**S**peret isrl̄ in domino. ex hoc nunc  
& usq; in seculum. **CANT̄ GRADVVM.**

**M**emento dñe dauid.  
& omnis mansuetudinis eius.

**S**icut iurauit domino. uotum uouit  
deo iacob.

**S**i introiero in tabernaculum dom' mee.  
si ascendero in lectum strati mei.

**S**i dederō somnum oculis meis.  
& palpebris meis dormitationem.

**E**t requiem tymporib; meis donec inue  
niā locū dño. tabernaculū dō iacob.

**E**cce audiuimus eam in eufrata.  
inuenimus ea in campis silue.

**I**ntroibimus in tabernaculū ei'. adora  
uimus in loco ubi steterunt pedes eius.

**S**urge domine in requiem tuam.  
tu & arca sanctificationis tue.

**S**acerdotes tui induantur iusticia  
& sancti tui exultent.  
**P**ropter dauid seruum tuum  
non auertas faciem xpi tui.  
**I**urauit dñs dauid ueritatem & non  
frustrabitur eum. de fructu uentris  
tui ponam super sedem tuam.  
**S**icut stoderint filii tui testamtu meū  
& testimonia mea hec que docebo eos.  
**E**t filii eorum usq; in seculum  
sedebunt super sedem tuam.  
**Q**uoniam elegit dominus syon. elegit  
eam in habitationem sibi.  
**H**ec requies mea in seculum seculi. hic  
habitabo quoniam elegi eam.  
**V**iduam eius benedicens benedicam.  
pauperes eius saturabo panibus.  
**S**acerdotes eius induam salutarī. &  
sancti eius exultatione exultabunt.



**I**lluc producam cornu dauid.  
parauit lucernam xpo meo.

**I**nimicos eius induam confusione.  
super ipsum aut effloret sanctificatio mea.

**E**cce quam bonum **CANT GRAD.**  
& quam iocundum habitare  
fratres in unum.

**S**icut unguentum in capite.  
quod descendit in barbam barbam aaron.  
in syon.

**Q**uod descendit in ornam uestimenti eius.  
sicut ros hermon qui descendit in monte.

**Q**uoniam illic mandauit dominus benedic  
tionem.  
& uitam usque in seculum.

**E**cce nunc bene **CANT GRAD.**  
dicite domino.  
omnes serui domini.

**Q**ui statis in domo domini.  
in atris domus dei nostri.

**I**n noctibus extollite manus uras in sanctam.  
& benedicite domino.

**B**enedicat te dominus ex syon qui fecit

caelum & terram. **ALLELUIA.**

*filia 9a. ad us*

**L**audate nomen domini.  
Laudate serui dominum.

**Q**ui statis in domo domini.

in atris domus dei nostri.

**L**audate dñm quia bonus dominus.

psallite nomini eius quoniam suaue.

**Q**uoniam iacob elegit sibi dominus.

isrl' in possessionem sibi.

**Q**uia ego cognoui quod magnus est dñs.

& deus noster pre omnibus diis.

**O**mnia quecumq; uoluit dñs fecit in celo.

& in terra. in mari. & in omnib; abyssis.

**E**ducens nubes ab extremo terre.

fulgura in pluuiam fecit.

**Q**ui producit uentos de thesauris suis. qui

percussit primogenita egypti.

ab homine usq; ad pecus.

**E**misit signa & prodigia in medio tui  
egypti in pharaone & in omni seruos eius.

**Q**ui percussit gentes multas.  
& occidit reges fortes.

**S**eon regem amorreorum. & og regem  
basan. & omnia regna chanaan.

**E**t dedit terram eorum hereditatem.  
hereditatem israhel populo suo.

**D**ne nomen tuum in eternum. dne memori  
ale tuum in generatione & generationem.

**Q**uia iudicabit dominus populum suum.  
& in seruis suis deprecabitur.

**S**imulacra gentium argentum & aurum.  
opera manuum hominum.

**O**s habent & non loquentur.  
oculos habent & non uidebunt.

**A**ures habent & non audient. neque  
enim est spiritus in ore ipsorum.

**S**imiles illis fiant qui faciunt ea. &

omnes qui confidunt in eis.

**D**omus israel benedicite domino!

domus aaron benedicite domino.

**D**omus leui benedicite domino!

qui timetis dñm benedicite domino.

**B**enedictus dominus ex syon! qui habi-  
tat in hierlm. **ALLELUIA.**



**C**onfitemini dño quō bonus!

quō in eternum misericordia eius.

**C**onfitemini deo decorum! quō

**C**onfitemini domino dominorū! quō

**Q**ui facit mirabilia magna solus! quō

**Q**ui fecit celos in intellectu! quō

**Q**ui firmavit terram sup aquas! quō

**Q**ui fecit luminaria magna! quō

**S**olem in potestatem diei! quō

**L**unam & stellas in potestate noctis! quō

**Q**ui percussit egyptū cū primogenitis eorū! quō

**Q**ui eduxit isrl de medio eorum! quō

**I**n manu potenti & brachio excelso. **quō**  
**Q**ui diuisit mare rubrū in diuisiones. **quō**  
**E**t eduxit isrl̄ per medium eius. **quō**  
**E**t excussit pharaonem & uirtutē  
 eius in mari rubro. **quō** in eternum.  
**Q**ui tra duxit pplm suū p̄ desertum. **quō**  
**Q**ui percussit reges magnos. **quō**  
**E**t occidit reges fortes. **quō**  
**S**con regem amorreorum. **quō**  
**E**t og regem basan. **quō**  
**E**t dedit terram eorum hereditatem. **quō**  
**H**ereditatem isrl̄ seruo suo. **quō**  
**Q**uia in humilitate nr̄a memor fuit nr̄i. **quō**  
**E**t redemit nos ab inimicis nr̄is. **quō**  
**Q**ui dat escam omni carni. **quō**  
**C**onfitemini deo celi. **quō**  
**C**onfitemini dno dñorū. **quō** in eternū

**S** misericordia eius. **ALLELUIA.**  
**S**UPER flumina babilonis illic sedi

mus & fleuimus. dū recordarem syon.

**I**nsalib; in medio eius. suspendimus  
organa nostra.

**Q**uia illic interrogauerunt nos qui  
captiuos duxerunt nos. uerba cantionū.

**E**t qui abduxerunt nos. ymnū cantate  
nobis de canticis syon.

**Q**uomodo cantabimus canticum dñi.  
in terra aliena.

**S**i oblitus fuero tui hierlm. obliuioni  
datur dextera mea.

**A**dhercat lingua mea faucib; meis.  
si non meminero tui.

**S**i non pposuero hierlm. in principio le  
Memoresto dñe filiorum edom.

**Q**ui dicunt exinanite exinanite. usq;  
ad fundamentum in ea.

**F**ilia babilonis misera. beatus qui retribu

& tibi retributionē tuam . quam  
retribuisti nobis .

**B**eatus qui tenebit . & allidet paruulos  
tuos ad petram . **Psalmus**

**C**ONFITEBOR **DAVID** .

tibi domine in toto corde meo .  
quoniam audisti uerba oris mei .

**I**n conspectu angelorū psallam tibi .  
adorabo ad templum sc̄m tuum .  
& confitebor nomini tuo .

**S**uper misericordia tua & ueritate tua . quō  
magnificasti sup̄ omne nom̄ sc̄m tuū .

**I**n quacunq; die inuocauero te exaudi  
me . multiplicabis in anima mea uirtutē .

**C**onfiteant̄ tibi dn̄e omnes reges terre .  
qui audierunt om̄a uerba oris tui .

**E**t cantent in uis dn̄i . quō magna ē gl̄a dn̄i .

**Q**uō excelsus dominus & humilia respicit .  
& alta a longe cognoscit .

**S**i ambulauero in medio tribulationis  
uiuificabis me. & sup iram inimicorū  
meorum extendisti manum tuam.  
& saluum me fecit dextera tua.

**D**ominus retribuē pro me. dñe misericordia  
tua in seculum. & opera manuum  
tuarum ne despicias. **PSALMVS DD.**

*frā 7<sup>o</sup> ad vs* **D**ñe probasti me & cognouisti me.  
tu cognouisti sessionem meam.  
& resurrectionem meam.

**I**ntellexisti cogitationes meas de longe.  
semitā meā & funiculū meū inuestigasti.

**E**t omnes uias meas preuidisti. quia  
non est sermo in lingua mea.

**E**cce dñe tu cognouisti omnia nouissima  
& antiqua. tu formasti me & posuisti  
super me manum tuam.

**M**irabilis facta est scientia tua ex me.  
confortata est & non poterō ad eam.



Quo ibo aspū tuo! & quo a facie tua fugiā.

Si ascendero in celum tu illic es!

si descendero ad infernum ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo!

& habitauero in extremis maris.

Et enim illuc manus tua deducet me!

& tenebit me dextera tua. *divisio.*

Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me!

& nox illuminatio in deliciis meis.

Quia tenebre non obscurabuntur a te.

& nox sicut dies illuminabitur! sicut

tenebre eius ita & lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos! suscepisti

me de utero matris mee.

Confitebor tibi quia terribiliter mag-

nificatus es! mirabilia opera tua &

anima mea cognoscit nimis.

Non ē occultatū os meū a te qd̄ fecisti in

occulto! & substantia mea in inferiorib;



terre.

**I**nperfectum meū uiderunt oculi tui.  
& in libro tuo omnes scribentur.  
dies formabuntur & nemo in eis.

**M**ihi autē nimis honorificati s̄ amici tui  
d̄s. nimis confortatus ē principatus eorū.

**D**inumerabo eos & supharenā multipli-  
cabunt. exsurrexi & adhuc sum tecū.

**S**i occideris deus peccatores. uiri san-  
guinum declinate a me.

**Q**uia dicitis incogitatione. accipiant  
in uanitate ciuitates suas.

**N**onne qui oderunt te dñe oderam.  
& super inimicos tuos tabescebam.

**P**erfecto odio oderam illos.  
inimici facti sunt mihi.

**P**roba me d̄s & scito cor meum. inter-  
roga me & cognosce semitas meas.

**E**t uide si uia iniquitatis in me est.  
& deduc me in uia eterna.



**ERIPERE ME** *Psalmus David.*

**E** domine ab homine malo. *Incipit*

auiro iniquo eripe me.

**Q**ui cogitauerunt iniquitates in corde. *Incipit*  
tota die constituebant prelia.

**A**cuerunt linguam suam sicut serpentis. *Incipit*  
uenenum aspidum sub labiis eorum.

**C**ustodi me domine de manu peccatoris. *Incipit*  
& ab hominibus iniquis eripe me.

**Q**ui cogitauerunt subplantare gressus meos. *Incipit*  
absconderunt superbi laqueum mihi.

**E**t funes extenderunt in laqueum. *Incipit*  
inter scandalum posuerunt mihi.

**D**ixi domino deus meus est. *Incipit*  
domine uocem deprecationis mee.

**D**omine domine uirtus salutis mee. *Incipit*  
umbrasti super caput meum in die belli.

**N**e tradas <sup>me</sup> domine <sup>ad</sup> desiderio meo *Incipit*  
peccatori. cogitauerunt contra me.

ne derelinquas me ne forte exalcentur

**C**aput circuitus eorum: labor labiorum  
ipsorum operiet eos.

**C**adent super eos carbones. in ignem  
deicies eos: in miseris non subsistent.

**V**ir linguosus non dirigetur in terra: uirum  
iniustum mala capient in interitu.

**C**ognoui quia facies domini iudicium  
inopis: & uindictam pauperum.

**U**eruntamen iusti confitebuntur nomini  
tuo: & habitabunt recti cum uultu tuo.



**D**omine clamaui **PSALMVS DAVID.**

ad te exaudi me: intende uocem  
meam dum clamauero ad te.

**D**irigatur oratio mea sicut incensum  
in conspectu tuo: eleuatio manuum  
mearum sacrificium uespertinum.

**P**one domine custodiam ori meo: & ostium  
circumstantie labiis meis.

**N**on declines cor meū in uerba malicie!  
ad excusandas excusationes in peccatis.

**C**um hominib; operantib; iniquitatem!  
& non communicabo cū electis eorū.

**C**orripiet me iustus in mīa & increpa-  
bit me. oleum autem peccatoris  
non impinguet caput meum.

**Q**uō adhuc & oratio mea in beneplacitis  
eor; absorti s̄. iuncti petre iudices eor;.

**A**udient uerba mea quō potuer̄. sicut  
crassitudo terre erupta est sup̄ terram.

**D**issipata sunt ossa nr̄a secus infernum!  
quia ad te domine dñe oculi mei.  
in te speraui non auferas animā meā.

**C**ustodi me a laqueo quē statuer̄ mihi!  
& a scandalis operantium iniquitatē.

**C**adent in retriaculo eius peccatores!  
singulariter sum ego donec transeā.

**P S A L M U S D A U I D .**

fac. ad vs.

**V**oce mea ad dñm clamaui. uoce  
mea ad dominum deprecatus sum.

**E**ffundo in conspectu ei' orationē meam.  
& tribulationē meā ante ipsū pnuncio.

**I**ndeficiendo ex me spiritum meum.  
& tu cognouisti semitas meas.

**I**n uia hac qua ambulabam.  
absconderunt laqueum mihi.

**C**onsiderabam ad dexterā & uidebam.  
& non erat qui cognosceret me.

**P**erit fuga a me. & non est  
qui requirat animam meam.

**C**lamaui ad te dñe. dixi tu es spes mea.  
portio mea in terra uiuentium.

**I**ntende ad deprecationem meam.  
quia humiliatus sum nimis.

**L**ibera me a persequentibus me.  
quia confortati sunt super me.

**E**duc de custodia animā meā ad confi

tendum nomini tuo . me expectant  
iusti donec retribuas mihi .

**D**NE EXAUDI *Psalmus David.*

**D**orationem meam . auribus percipe  
obsecrationem meam in ueritate tua .  
exaudi me in tua iusticia .

**E**t non intres in iudicium cum seruo tuo . quia  
non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuus .

**Q**uia persecutus est inimicus animam meam .  
humiliauit in terra uitam meam .

**C**ollocauit me in obscuris sicut mor-  
tuos seculi . & anxiatu est super me spiritus  
meus . in me turbatum est cor meum .

**M**emor fui dierum antiquorum . medita-  
tus sum in omnibus operibus tuis .  
in factis manuum tuarum meditabar .

**E**xpandi manus meas ad te . anima  
mea sicut terra sine aqua tibi .

**V**elociter exaudi me domine . defecit spiritus meus .



**N**on auertas faciem tuam a me. & similis  
ero descendenti bus in lacum.

**A**uditam fac mihi mane misericordiam tuam.  
quia in te speraui.

**N**otam fac mihi uiam in qua ambulem.  
quia ad te leuaui animam meam.

**E**ripe me de inimicis meis domine  
ad te confugi. doce me facere uolunta  
tem tuam quia deus meus es tu.

**S**piritus tuus bonus deducet me in  
terram rectam. propter nomen tuum  
domine uiuificabis me in equitate tua.

**E**duces de tribulatione animam meam. & in  
miseria tua disperdes inimicos meos.

**E**t perdes omnes qui tribulant animam  
meam. quoniam ego seruus tuus sum.

**B**ENEDICTVS **PSALMVS DAVID.**  
dominus deus meus qui docet manus  
meas ad prelium. & digitos meos ad bellum.



**M**isericordia mea & refugium meum .  
susceptor meus & liberator meus .

**P**rotector meus & in ipso speravi . qui  
subdit populum meum sub me .

**D**omine quid e homo quia innotuisti  
ei . aut filius hominis quia reputas eum .

**H**omo uanitati similis factus est . dies  
eius sicut umbra preterunt .

**D**omine inclina celos tuos & descende .  
tange montes & fumigabunt .

**F**ulgura coruscatione & dissipabis eos .  
emitte sagittas tuas & conturbabis eos .

**E**mitte manum tuam de alto . eripe  
me & libera me de aquis multis . & de  
manu filiorum alienorum .


**Q**uorum os locutum e uanitatem . & dexte  
ra eorum dextera iniquitatis .

**D**eus canticum nouum cantabo tibi . in  
psalterio decachordo psallam tibi .

**Q**ui das salutem regibus; qui redemisti  
dauid seruū tuū . de gladio maligno  
eripe me .

**E**t erue me de manu filiorū alienorū .  
quorum os locutum est uanitatē .  
& dextera eorum dextera iniquitatis .

**Q**uorum filii sicut nouelle plantationes .  
in iuuentute sua .

**F**ilie eorum composite . circumornate  
ut similitudo templi .  ex hoc in illud .

**P**romptuaria eorum plena . cructuantia

**O**ues eorum fetose habundantes in gres  
sibus suis . boues eorum crasse .

**N**on est ruina macerie . neq; transitus .  
neq; clamor in plateis eorum .

**B**eatum dixerunt pplm cui hec s̄ . beatus  
populus cuius dominus d̄s eius .



**G**ALTABO TE ALLELUIA .  
d̄s m̄s rex . & benedicam nomini

tuo in seculum & in seculum seculi .

**P**er singulos dies benedicam tibi . & laudabo nomen tuum in seculum & in seculum seculi .

**M**agnus dominus & laudabilis nimis . & magnitudinis eius non est finis .

**G**eneratio & generatio laudabit opera tua . & potentiam tuam pronuntiabunt .

**M**agnificentiam glorie scientiam tuam loquentur . & mirabilia tua narrabunt .

**E**t virtutem terribilium tuorum dicent . & magnitudinem tuam narrabunt .

**M**emoriam habundantie suavitatis tue exultabunt . & iusticia tua exultabunt .

**M**iserator & misericors dominus . patiens & multum misericors .

**S**uavis dominus universis . & miserationes eius super omnia opera eius .

*Sabb. adv. i.*

**C**onfiteantur tibi domine omnia opera tua . & sancti tui benedicant tibi .

**G**loriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur.

**V**t notam faciant filius hominū potentiam tuā: & glām magnificentie regni tui.

**R**egnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generatione.

**F**idelis dñs in omnib; uerbis suis: & scs in omnib; operibus suis.

**A**lleuat dñs omnes qui corruunt: & erigit omnes elisos.

**O**culi omnium in te sperant dñe: & tu das escam illoy in tempore oportuno.

**A**peristi manum tuam: & implesti omne animal benedictione.

**I**ustus dominus in omnib; uis suis: & sanctus in omnib; operibus suis.

**P**rope est dñs omib; inuocantib; eum: omib; inuocantib; eū in ueritate.

**V**oluntatem timentium se faciet:  
& deprecationem eorum exaudiet  
& saluos faciet eos.

**C**ustodit dominus omnes diligentes se  
& omnes peccatores disperdet.

**L**audationem domini loquetur os meum  
& benedicat omnis caro nomini sancto

**I**eius in seculum & in seculum seculi.

**LAUDA ALLELUIA.**

**L**audabo dominum anima mea  
dominum in uita mea psallam  
deo meo quam diu fuero. **S**ecorum.

**N**olite confidere in principibus  
in filiis hominum in quibus non est salus.

**E**xibit spiritus eius & reuertetur in terram  
sua in illa die peribunt omnes cogitationes

**B**eatus cuius deus iacob adiutor eius.  
spes eius in domino deo ipsius qui fecit  
celum & terram mare & omnia que in eis sunt.

**Q**ui custodit ueritatē in seclm. facit iudiciū iniuriam patientibus. dat escam esurientibus.

**D**ominus soluet compeditos. dominus inluminat cecos.

**D**ominus erigit elisos. dñs diligit iustos.

**D**ñs custodit aduenas. pupillū & uiduā suscipiet. & uias peccatorum disperdet.

**R**egnabit dñs in seclā. dñs tuus syon in generatione & generationem.

**A**UDATE **ALLELUIA**  
dñm quō bonus <sup>est</sup> psalmus. dō nrō sit iocunda decoraq; laudatio.

**E**dificans hierusalem dominus. dispersiones israhel<sup>is</sup> congregabit.

**Q**ui sanat contritos corde. & alligat contritiones eorum.

**Q**ui numerat multitudinem stellarū. & omnib; eis nomina uocat.

**M**agnus dñs n̄r & magna uirtus eius.  
& sapientiæ eius non est numerus.

**S**uscipiens mansuetos dñs. humilians  
autem peccatores usque ad terram.

**P**recinite domino in confessione.  
psallite deo nostro in cythara.

**Q**ui operit celum nubibus.  
& parat terre pluuiam.

**Q**ui producit in montib; fenum.  
& herbam seruituti hominum.

**Q**ui dat iumentis escam ipsorū. & pullis  
coruorum inuocantib; eum.

**N**on in fortitudine equi uoluntatē habe  
bit. nec in tribus uiri beneplacitū erit ei.

**B**eneplacitū est dño sup timentes eum.

**L**æ meis qui sperant sup misericordia eius.

**L**auda dñm. lauda dñm tuum syon.

**Q**uoniā confortauit seras portarum

tuarū. benedixit filius tuus in te.

**Q**ui posuit fines tuos pacem.

& adipe frumenta faciat te.

**Q**ui emittit eloquium suum terre.

uelociter currit sermo eius.

**Q**ui dat niuem sicut lanam. nebulam

sicut cinerem spargit.

**M**ittit cristallum suū sicut buccellas.

ante faciem frigoris ei' quis sustinebit.

**E**mittet uerbu suū & liquefaciet ea.

flabit sp̄s eius & fluent aque.

**Q**ui adnunciat uerbum suum iacob.

iusticias & iudicia sua isrl̄.

**N**on fecit taliter omni nationi. & iudi  
cia sua non manifestauit eis.

**L**AUDATE dñm ALLELUIA.  
de celis. laudate eum in excelsis.

**L**audate eum omnes angeli eius.

laudate eū omnes uirtutes eius.



**L**audate eum sol & luna . laudate  
cum omnes stelle & lumen .

**L**audate eum celi celorum . & aque  
que super celo s̄ laudent nomen dñi .

**Q**uia ipse dixit & facta sunt . ipse  
mandavit & creata sunt .

**S**tatuit ea in æternum , & in seculū seculi .  
preceptum posuit & non preteribit .

**L**audate dominum de terra .  
dracones & omnes abyssi .

**I**gnis grando nix glacies sp̄s procella  
rum . que faciunt uerbum eius .

**M**ontes & omnes colles . ligna fructifera  
& omnes cedri .

**B**estie & uniuersa pecora . serpentes  
& uolucres pennate .

**R**eges terre & omnes populi .  
principes & omnes iudices terre .

**I**uuenes & uirgines senes cū iuniorib;

laudent nomen domini: quia exal-  
tatum est nomen eius solius.

**C**onfessio eius super celum & terram:  
& exaltabit cornu populi sui.

**Y**mnus omnibus sanctis eius: filius israel propter  
adpropinquanti sibi. **ALLELUIA.**

**G**raude domino canticum nouum:  
laus eius in ecclesia sanctorum.

**L**etetur israel in eo qui fecit eum: & filii  
syon exultent in rege suo.

**L**audent nomen eius in choro: in tym-  
pano & psalterio psallant ei.

**Q**uia beneplacitum est domino in populo suo:  
& exaltabit mansuetos in salutem.

**E**xultabunt sancti in gloria:  
letabuntur in cubilibus suis.

**E**xultationes dei in gutture eorum: &  
gladii accipientes in manibus eorum.

**A**d faciendam uindictam in nationibus:

152  
inreparationes in populis.

**A**d alligandos reges eorum in compedibus;  
& nobiles eorum in manicis ferreis.

**U**t faciant in eis iudicium conscriptum.  
gloria haec est omnibus sanctis eius. **Alta.**

**L**AUDATE dominum in sanctis eius. laudate  
eum cum infirmamento virtutis eius.

**L**AUDATE eum in virtutibus eius. laudate  
eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

**L**AUDATE eum in sono tube.

laudate eum in psalterio & cythara.

**L**AUDATE eum in timpano & choro.

laudate eum in chordis & organo.

**L**AUDATE eum in cymbalis

bene sonantibus. laudate

eum in cymbalis iubilationis.

omnis spiritus laudet

D O M I N U M .



**CANT̄ ISAIÆ APHETE.**

**C**ONFITEBOR.

tibi dñe quō iratus es mihi.

conuersus est furor tuus.

& consolatus es me.

**E**cce dñs saluator meus. fiducialiter  
agam & non timebo.

**Q**uia fortitudo mea & laus mea dñs.

& factus est mihi in salutem.

**H**aurietis aquas in gaudio de fontibus

saluatoris. & dicetis in illa die. confitemi

ni dño. & inuocate nomen eius.

**N**otas facite in populis ad inuentiones ei.

mementote quō excelsū est nom̄ eius.

**C**antate dño quō magnifice fecit. an-

nunciate hoc in uniuersa terra.

**E**xulta & lauda habitatio syon. quia

magnus in medio tui sanctus isrl̄.

**CANT̄ CZECHIE REGIS.**